Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Vedasto xl

urn:nbn:de:bsz:31-289352

Visual Library

mēta aſpera cunctis prelata miraculis et miſtico pollēs ſuffragio apoſtoli meruit viſitatiōe curari ſic nuptā xp̄o ſuſceperūt ethera. Sic humandi artus glorioſa fulgēt obſequia vbi angeloꝝ chorus ſanctitatē mentis et patrie indicat liberationē.

De ſancto vedaſto xl

Vedaſtus quaſi vere dans eſtus quia vere ſibi dedit eſtus afflictionis et penitētie. vel quaſi ve diſtans: q: ve eternū ab eo diſtat. Nam damnati ſemꝑ dicēt ve: ſcꝫ q: deum offendi. ve quia dyabolo conſenſi: ve quia natus fui. ve quia mori non valeo. ve quia tam male torqueor ve quia nunq̄ liberabor.

Vedaſtus a beato remigio in atrabatēſem ep̄m ordinatus fuit. Qui cū cum ad portaꝫ ciuitatis veniſſet: et ibidem duos pauꝑes vnū cecū aliū claudum. petētes elemoſinā reperiſſet dixit eis. Argentū et aurū nō eſt michi: qd̄ aūt habeo vobis do. Et facta oratione vtroſqꝫ ſanauit. Cunqꝫ aūt in quadā eccleſia derelicta. vepribus opta: lupus habitaret: eidē p̄cepit vt inde fugeret. nec vltra illuc redire auderet. Qd̄ et factuꝫ eſt. Deniqꝫ cum verbo et ope multos cōuertiſſet. quadrageſimo anno ſui epiſcopatus. vidit colūnā igneā: a celo vſqꝫ i domū ſuā deſcēdentē. Qui finē ſuū adeſſe ꝯſiderās: poſt modicū in pace q̇euit. circa annū dn̄i quingēteſimūquinquageſimū. Cū aūt corpus eius trāſferret: audomarꝰ p̄ ſenio cecus dolens q̄ corpus ep̄i videre nō poterat mox lumen recepit: ſꝫ poſtmodū ad votū ſuū lumen amiſit.

De ſancto Amando xli.

Amandus dicit quia amabilis fuit. Habuit eñ tria in ſe que faciūt hominē amabilem. Primum eſt ſocietas grata. Prouer. xviij. Vir amabilis ad ſocietatē magis amicus eſt q̄ frater. Scd̄m eſt cōuerſationis honeſtas. et ſic dicitur de heſter. ij. q̄ omniū oculis amabilis videbatur. Terciū eſt ꝓbitatis virtuoſitas. ij. Regū. i. Saul et ionatas amabiles et decori.

Amandus ex nobilibus parētibus ortꝰ monaſteriū introiuit. Qui duꝫ per monaſteriū ambularet. quēdā maximū ſerpētem inuenit. quē ſtatim virtute crucis et oratione ad foueaꝫ vnde exierat redire coegit. nūquā inde exiturum. Veniens autē ad ſepulcrum ſancti martini. annis xv. ibi manſit: cilicio indutus: et aqua et pane ordeaceo ſuſtentatus. Poſt hoc dum romā iuiſſet. et in eccleſia ſancti petri in oratiōe ꝑnoctaret cuſtos eccleſie ip̄m irreuerenter foras eiecit. Qui dum ad āmonitionē ſancti petri q̇ ſibi ante fores eccleſie dormienti apparuit. ad gallias iuiſſet: et ibidem regem dagobertū pro ſuis criminibus increparet iratus rex eū de ſuo regno eiecit. Deniqꝫ cum rex filiū non haberet. et oratione facta ad dn̄m filium habuiſſet. cogitare cepit a quo infantē ſuū faceret baptiſari. Venitqꝫ in mentē eius: vt ab amādo eū baptiſari faceret. Queſito igit amando et ad regē adducto rex ad pedes eius ꝓſternit. rogauitqꝫ vt ſibi indulgeret. et ſuū filium quē ſibi dn̄s dederat baptiſaret. Ille vero primaꝫ petitionem benigne